



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google


El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

JOH. HENRICI BOECLERI,  
EXCERPTA  
CONTROVER-  
SIARVM  
ILLVSTRIVM.



ARGENTORATI,  
Impensis FRID. WILHEL. SCHMUCK,  
M. DC. LXXX.





JOH. HENRICI BOECLERI  
EXCERPTA  
CONTROVERSIARVM  
JLLVSTRIVM.

I.

Electio Ludouici IV. & Fride-  
rici Austr.



Compta Henrici VII. Im-  
peratoris morte in Italia de-  
functi ( Kal. Sextil. anno  
1313. ) post interregnum,  
Electio tandem facta Fran-  
cosurti d. 25. m. Octobr.  
1314. In discordia Ele-

ctorum, plures Ludouicum Bauarum elege-  
runt: reliqui Fridericum Austrum, qui &  
Pulcher vsurpatur, fovebant. Vterque à  
suis coronatus, Ludouicus, Aquisgrani; Fri-  
dericus Bonnae; intestinum deinceps bellum,  
diuisis Sratuum Imperij studijs, gesserunt.  
Hinc controuersia publice magnis motibus


animorum armorumque agitata ; vter ex his alteri præferendus & verè pro Imperatore habendus : dum alter alterius Electionem , vt vitio factam improbat ; & quisque suos assertores habebat. Quod diffidium sententiarum , etiam in Historiam transmissum est : pro Ludouico his , alijs , pro Friderico tendentibus. Vnde etiam alij Fridericum in serie & numero Imperatorum ponunt ; & Tertium hoc nomine signant ; plures in enumeratione prætereunt ; solius Ludouici mentione factâ. Nam , quid de illorum sententiâ existimandum sit , qui neutrum pro Imperatore agnoscendum existimarunt , vltro intelligetur , si controuersie caput definitum fuerit.

Rationes dubitandi & definiendi præcipuè sumendæ sunt , 1. ex *jure Electorum & Electionis*. 2. ex *auctoritatibus , publicis priuatisque*. His accedere potest consideratio personæ *Eligende* , siue *Electæ* : si quod inde *impedimentum* videatur obijci.

Præmissâ generali *annotatione de jure Electorio* , vnde id *repetendum & declarandum*. [ Vbi de A. B. tum nondum conditâ ; & de Electionis regulis ex Jure Ciuili , & Canonico petitis. ]

Pro Ludouico  
afferuntur , Juridica :

1. Quia à *maiore numero* , nempe à *quinque Electoribus* electus est. sicut patet ex *Instru-*



*Instrumentis publicis apud Hervuartum in Ludouico Defenso Ann. 1314. à pag. 10. per seqq.*  
 [ Jus constitutum in A. B. cap. 2. §. 4. ad quod v. *Arumai disc. 2. ad A. B. §. 15. & 16. Rümelin. ad Eand. dissert. 3. §. 8. & 9. Gerlac. Buxtorf. concl. 34. & 35.* sed ante A. B. idem dicendum, per rationes & exempla.

2. In loco debito, electus & coronatus est: Francofurti & Aquisgrani. [ Non idem huic argumento robur, quod priori. v. *Limna. I. P. 2, 3, 29. & lib. 2. c. 4. n. 6. & seq.*

3. Quia denique bello etiam victor Ludouicus Fridericum ad eivrandam pretensionem pactione interpositâ adegit. secundum tenorem *Instrumenti ap. Hervuartum in Ludouico Defenso in ann. 1325. pag. 328.* [ Duplex vis argumenti: quod Marte arbitro Imperium obtinuit; & quod consensu ipsius Friderici ac confessione; per conuentionem declarata. ]

Pro Eodem

afferuntur *Auctoritates;*  
 tum *publica*

per *Instrumenta Electionis ap. Hervuartum, & Burgundium in Ludouico lib. 1. p. 15. & seqq.*

per *Diplomata Imperatoria à Ludouico edita; quorum specimen ap. Goldastum Tom. Constitut. vn. ab anno 1315. & c. pag. 324. & c. & Jac. Pontan. Hist. Gely. l. 6. p. 194. & lib. 7. p. 223. 226. 229. & al.*

tum

rum *prinata*, vbi  
Duo eximia opera

*Hervuarii Ludouicus contra Brouium  
defensus, &*

*Nicolai Burgundij Ludouicus Banarus.*  
it.

omnes illi, qui *Fridericum* omittunt in  
numero Imperatorum. quorum magna co-  
pia.

Contra *Ludouicum*  
afferuntur; prætextu juridico :

1. *Ludouicum* habuisse 4. tantum suf-  
fragatores; imo tres tantum: nam suffragium  
Brandenburgiei, dolo impetratum, nullum  
fuisse ipso jure. *Cuspinian. in Imperatorib. pag.*  
*368. & Gerard. de Roo Histor. Austr. lib. 2. pag.*  
*84. & 85. alique. Friderico* itidem tres fuisse  
suffragatores. Ad hoc Resp. *Hervuarius* in an-  
no 1314. c. 2. *quinarium numerum suffragato-*  
*rum Ludouici* probando p. 6. & c. usque ad 47.  
dolum legati Brandenburgici negando c. 6. p. 62.  
& seqq. & c. 4. *Electorem Saxonie Friderico*  
*non dedisse suffragium*, probando c. 4. p. 47. &  
seq. *Electorem Brandenburgensem* electioni in-  
terfuisse ostendendo. p. 48. & c.

2. Inter electores *Ludouici* duos fuisse  
*inhabites*; *Saxonem* (de quo *Cuspin. in Casa-*  
*rib. p. 368.*) & *Brandenburgensem*. propter  
moram vtriusque de jure eligendi controuersiam.  
*Burgundius* in *Ludou. p. 10.* Idem qui pag. 14.  
respon-

respondet ad hanc obiect. add. *Herouart.*  
pag. 90.

3. Electores non omnes adfuisse ; dum Ludouicus eligitur : quippe in discordiâ. Respond. ex *A. B. c. 1. §. 21. & c. 2. n. 6. & in Arumai ad A. B. 1. §. 33. pag. 69. Rümel. ad A. B. part. 1. dissert. 2. §. 17. & Herouart. c. 9. p. 82. Limna. ad Capitulas. Ferdin. III. p. 746, usque ad 757.*

4. Ludouicum coronatum esse à Treuirensi, ad quem jus coronandi non pertinuerit. *Historiam & controuersiam* vide ap. *Brovver. Annal. Treuir. lib. 17. p. 971. Resp. apud Burgund. p. 14.*

5. Status Imperij non omnes Ludouicum pro Imperatore agnouisse. *Cuspin. l. d. & c. Resp. 1. de facto à jure distinguendo. 2. de temporib. pacatis & bello turbatis.*

His accedit loco appendicis.

6. *Impedimentum, à persona Electâ.* Quia fidem dederat Friderico Ludouicus se pro eo nisurum. *Histor. v. ap. Albert. Argentinens. p. 119. ut & responsonem : & ap. Burgund. p. 9. & 12. [ Q. Notabilis in vtramque partem. ]*

Ex altera parte.

*Pro Friderico.*

Præter ea, quæ contra Ludouicum dicta sunt,

I. Suspensa iudicia totius Imperij, & partim addicta, usque ad captiuitatem : vnde



confici videtur, saltem Jus Ludouici definitum & certum eatenus non fuisse. Resp. est vel generalis, ex historia de schismatibus, Anticæsarib. & Antipapis; partim particularis, vt supra.

2. Auctoritas *publicorum diplomatum* de societate potentiz Imperatoriz loquentium. ap. *Cuspinian. in Austria* p. 46. & 47. & *Lambec. in Diario Cellensi* p. 258. & seqq. qui & defendit contra *Hervuari.* oppugnantem ad ann. 1325. p. 321. & seqq. adde *Ger. de Roo lib. 3. p. 95. & 96.*

3. Pontificis auctoritas pro Friderico contra Ludouicum fuit. Resp. *Hervuarius libro d. p. 117. & seqq.*

4. Historici in catalogo Imperatorum ponentes. *Cuspin. Ger. de Roo, Goltzius &c.*  
Contra *Fridericum,*

præter ea, quæ dicta sunt,

1. Appellatio insequentium Imperatorum, vt Friderici III. qui aliàs *quartus* fuisset dicendus. *Blondell.* vrget, Consanguineorum iudicium. Resp. quidem *Lambecius l. d. & de Biblioth. Caf. segm. 34. p. 31.*

2. Plerorumq; Historicorum consensus omittendo in serie Imperatorum.

3. Ambitus accusatur. ap. *Auentin. Annal. Boi. 7. p. 599.*

Atque huc pertinet

*Examen contrarium diplomatum,* quod pro Friderico affertur apud *Cuspinian. l. d. & Lam-*

*Lambecium l. d.* Latine versum ab *Hervvarto* in *Ludonico ann. 1326. p. 321. & seqq.* & quod contra *Fridericum* *Idem* affert *p. 328. & seqq.*

Pro *Friderico* & priori diplomate 1. quod adhuc in *Archivo Cesar. extant*, & spectaculo offeruntur. 2. Quod *Ludouici* & *Friderici* sigilla, cum titulo *Regis Rom.* visuntur appensa. 3. Quod *Testium Nobilium*, more eius ævi adscripta *Diplomati* sunt nomina. 4. *Locus*, *annus*, *dies* notantur. 5. Quod per omnem aetatem apud omnes gentes, etiam ab omni humanitate alienas & barbaras primus honos ac prima fides publicis monumentis habetur, nec ulla causa est, quare ulli scriptura credi debeat, si his credi non possit. fatente *Hervvart. p. 6. & 7.*

Contra *Fridericum*, quod affertur 1. est sine anno. v. *Hervvart. p. 334.* 2. est ante superius *Diploma* scriptum, in arce *Transnitz.* quod inde patet, quia conditio fertur *Friderico*, si nequeat perficere reconciliationem, ut in captiuitatem redeat. (*pag. 338.*) In altero autem *Diplomate*, ut plene liberatus agit: & *Ludouicus*, ut cum plene liberato tractat. Posteriori ergo *Diplomate*, prius potuit aboleri. 3. *Locus*, ut jam dictum, discepat. *Hervvarti* diploma, in loco custodiæ; *Cuspiniani* & *Lambecij, Monachij* signatum est. Vnde, etiam si de auctoritate *Diplomatis* ap. *Hervvart.* non dubitaretur,

per illud tamen non tollitur *Concordia*

utriusque, de communiter administrando Imperio, in altero illo Diplomate perscripta.

Et hinc,

relicta *medij temporis disputatione*, hoc saltem conficeretur:

Fridericum in *Catalogo Imperatorum locum* non perdidisse; sed,

tandem *sine controuersia*,

vna cum Ludouico Imperatorem extitisse.

*Ger. de Roo lib. 3. p. 95.*

Annotation.

1. De fatali noxia huius controuersia.
2. De fomentis eiusdem.
3. De norma & regulâ iudicij.
4. De consuetudine Equites creandi ante praelium ap. *Auentin. lib. 7. p. 605.*
5. *Goltzj Ludouicus & Fridericus* breui annotatione percurrerantur.

## II.

Ducatus Carinthia conceditur Ottoni Austriae Duci, & Fratri Alberto à Ludouico Bauaro Imperatore, anno 1331.

Cum enim Henricus Carinthiae Dux, quem Henricus Lützelburgicus regno Bohemiae, & regio nomine exuerat, 1331. mortuus esset,

set, non relicta prole mascula : Imperator Ludovicus Bauarus Ottoni Austriæ Duci, tanquam Feudum Imperij apertum confert Ducatum Carinthiæ. Contradicit Joannes Rex Bohemiæ, & filius eius Joan. Henricus, cuius vxori Margarethæ, ( quæ ob repandi oris vitium vulgo Maultasch nominabatur ) vnica defuncti Ducis Henrici filiæ, paternæ hæreditatis titulo deberi Ducatus videbatur. Hinc

*Controuersia,*

*An Imperator Ludovicus, spreto Margaretha Carinthiæ jure pretense, potuerit Ducatum Ottoni Austriaco tradere ?*

*Præmittitur*

Repetitio Historiæ, ex *Ger. de Roo Histor. Austr. lib. 3. pag. 99. & 100. Wolsf. Lazio Genealog. Austr. lib. 2. p. 226. Cuspinian. in Ludovic. Bau. Annalib. Bauar. nouissimis part. 2. lib. 3. p. 52. Münsteri Cosmographia libro 5. c. 357. pag. 1126. ( vbi confunditur historia ) & præsertim Megiseri Annalib. Carinth. libr. 9. c. 1. p. 258. & seqq.*

*Causa Margaretha.*

Margaretha suum jus his rationibus tuebatur ; vna cum foero suo :

1. Hæreditatem paternam non minus esse Ducatum Carinthiæ, quam Comitatum Tirolensem, quem Cæsar ei reliquerat.

2. Non deesse talis successionis exempla.

3. Pactis dotalibus ab Henrico Patre Mar-

Margarethæ translationem in generum factam esse. Resp. extat apud *Dubravium Histor. Bohem. lib. 21. p. 172.*

4. Merita quoque sua allegabat Rex Bohemiarum, quod quæ Cæsar neminem debuisset Filio suo præponere. In *Annalib. Bavar. part. 2. lib. 3. p. 52.*

*Causa Cæsaris.*

At Cæsar Ludouicus contendit

1. Muneris & Juris Imperatorij, Feuda Imperij aperta, concedere cui velit. Quod jus hoc tempore indubium fuit, postea repetitum & explicatum in *A. B. Caroli IV. cap. 7. §. 3. ad quem locum videndus Rümelin. dissert. 7. §. 11.*

2. Adstipulante Juris Feudalis auctoritate tit. 55. §. *callidis. ibi: ad dominum libere revertatur.* v. *Limna. ad Capitul. Carol. V. artic. 24. p. 270. & seq.*

3. Exempla non deerant: quomodo Rudolphus Primus de Austria inuestiuerat Filium Albertum Primum (*ap. Ger. de Roo lib. 1. p. 33.*) Ipse Ludouicus jam ante ann. 1323. vacantem Brandenburgensem Principatum & Electoratum transtulerat in filium natu maiorem. *Annal. Bavar. non. part. 2. lib. 1. p. 19.*

4. Ex utilitate Imperij hanc translationem factam esse; neque enim rectius paci & securitati publicæ consuli potuisset, quam si Austriacis Carinthia & Carniola parerent, superiorum  
tem-

temporum turbis & euentibus intelligi posse.  
apud *Ger. de Roo & Megiserum l. d.*

*Euentus controuersia.*

Stetit iudicium Cæsaris:

quamquam interueniente bello, quo Margaretha ipsa expeditionem sumsit aduersus Austrios; cuius gesta summam memorat *Megiserus Annal. Carinth. lib. 9. c. 5.*

Interuenientibus pacis amatoribus pax conuenit, & affinitatibus firmata est. v. scriptores citati & *Burgundius in Ludonico lib. 3. p. 148.*

Judicium de momentis controuersia.

Haud dubie penes Cæsarem stetit omne juris robur: & prætextum juris hæreditarij, consuetudo succedendi in Feudis Imperij masculis filijs, & agnatis, non fæminis, propitia, abstulerat.

In argumento Bohem. Reg. quarto subest confessio juris publici de aperto feudo, & jure in fidem tradendi; si spectes verba Historici. Vnde rationis suasoriae non juridicæ æstimationem subit: & quidem suasoriae talis, quæ oppositu validioris à parte Cæsaris infirmatur.

Licetque hinc intelligere: sine consensu Cæsaris illis temporibus, non licuisse de successione pactis dotalibus alijsue transigere.

Annotatio Historica

De Carinthia: *an semper fuerit Archiducatus*, vt contendit *Megiserus Annal. Carinth. lib. 6. cap. 14. § 98.*

Com

Comparatio

Similis controuersia de jure Cæsaris in vacantibus Imperij Feudis, circa Principatum & Electoratum Brandenburgicum, referente *Burgundio in Ludonico lib. 2. p. 59.*

III.

Controuersia de successione in regno Gallia; jure materno.

CUM anno 1328. Carolus IV. Pulcher, mortuus esset, Reginaque prægnans filiam posthumam Blancam peperisset, controuersia de successione agitata est, inter *Eduardum III. Anglia Regem*, cuius mater Isabella filia Philippi Pulchri Gall. Regis & Caroli IV. Pulchri & qui antecesserunt duorum Regum soror erat; & Philippum Comitem Valesium, Caroli Valesij Filium, primum sanguinis Regij Principem; trium superiorum Regum patrum.

Eduardi Angli  
caussa

his rationibus nitebatur:

i. Nullam in sexu fæmineo culpam, quæ exclusionem puniendam sit. [ Quomodo color huic argumento addi possit, vid. ap. *Annasum Rober-*

*Robertum Rer. judicat. libr. 2. cap. 4. pag. 350.*  
 ☉ 351.]

2. Diuino quoque jure, filias cum filij deficiunt, hereditatem accipere. *Numerorum 27, præsertim v. 8. 9.* [Responso extat in oratione Roberti Atrebatensis apud *Paulum Æmylium in Carolo IV. p. 439. Q. an sufficiens.*] Addi potest *Job. c. ult. v. 15.*

3. Jure naturæ & gentium fæminas capaces esse hereditatis. [Resp. ap. *Paul. Æmyl. pag. 439.*

4. Matrem Eduardi, Regis filiam, sororem superiorum Regum, patrueli, eodem jure præferendam.

5. Cum præsertim nullo facto aut delicto suo exciderit suo jure :

6. Et in filium, quo non alius cognatione Regibus Galliæ propior, suum jus transferre velit, quando feminarum Imperia Galli detrectant. v. *Paul. Æmyl. in Carolo IV. pag. 438. edit. Basil. 1569.* [Resp. extat p. seq.

*Philippi Valesij*  
*causa*

1. Jure ciuili Gallorum siue lege Salica fæminas à successione regni arceri.

2. Idque præiudicijs plurimis, etiam nouissimis spectatum. [ Vbi filias exclusas refert. add. controuers. similem ante decem annos ap. *Paul. Æmil. p. 431.* ]

3. Eduardum de jure Aquitaniæ jam bis,  
 à Lon-



à Longo, & à Carolo Pulchro intestitum esse: adeoque Matrem Jfabellam & Filium Eduardum, legitimos Reges agnouisse: nullumque Jus Joannæ fuisse; quo eos scilicet alias exclusisset.

4. Philippum Valesium nouissimi regis patrualem, agnatione gentilitioque jure proximum, ad regnum vocari.

5. Grauis oratio Roberti causam Philippi agentis ap. *Amyl.* p. 439. § 440.

*Judicium de controuersia.*

Philippus meliore utitur jure: cui & postea Eduardus sacramentum dixit de Aquitania inuestitus. *Jean Serres Inuentaire de l'histoire de France.* siue *Joannes Serranus in Inuentario Generali Histor. Gall.* pag. 127. anno 1331. & *Paul. Amyl.* p. 444. § 445. & *Robert. Gaguin. Histor. Franc. in Philippo Valesio libr. 8.* p. 51. fac. 2.

*Euentus.*

Philippus quidem Rex factus; finitaque controuersia videbatur: sed occulta irarum semina (etiam ex inuestiturâ Aquitanicâ aucta,) eruperunt tandem in longissimum cruentissimumque bellum anno 1335. cœptum, quo *Eduardus nomen & insignia Regni Galliarum usurpauit.* *Francisc. Harei Annal. Brabant.* tom. 1. p. 317. add. p. 320.

*Annotatio.*

1. De Legis *Satica patriâ suo natali solo.* 2. *auctori-*

*antiquitate*, §. capite huc pertinente *Tir. 68. l. 6. Add. Limna. notit. Franc. lib. 1. cap. 8. lib. 2. cap. 3. Bodin. lib. 6. cap. 5. §. 745. Inprimis laudata Edit. & Commentar. Gothofredi Wendelini.*

1. De literis Eduardi, ad Philippum Valesium ap. *Robert. Gaguin. p. 51. fac. 2. & duello oblato. Conf. exemplum parallelum ap. Haraum anno 1341. p. 321. Diuersitas iudicij de utroque exemplo.*

## IV.

# Ex Historia Sæculi XIV, De Templariorum Equitum Ordine sublato.

### *Historia præmittenda:*

1. De origine & institutione Ordinis anno 1118. 2. de abolitione, anno 1312. repetita ab *Auberto Mirao in Origin. Ord. Equestr. lib. 1. cap. 4. & 5. & Francisc. Mennen. in deliciis Ordinum Equestr. ap. Gualterium. p. 98. & seq.*

### *Quæstio controuersa:*

*An iuste hic ordo sublatus sit, nec ne? Momenta rationum in vtrâque partem collegit Limnaus Tom. I. Additionum, totius operis IVto ad lib. 6. cap. 2. num. 6, l. P. p. 38. &*

70. Mariana Histor. Hispan. lib. 15. cap. 10. In  
de repetenda, supplenda, explicanda.

*Contra Templarios.*

*Iuste damnatum & extinctum esse ordi-  
nem* volunt probare:

1. Quia Clementis V. Pontificis decreto  
de Consilij sententia (Viennæ enim in Gallia  
habebatur) damnati sunt Templarij. Pro ju-  
dice autem stat præsumtio juris.

[Hoc argumento plurimi acquieuerunt;  
non ausi in dubium vocare auctoritatem judi-  
cij. Fuisse tamen ab eo tempore vsque in  
hunc diem, ante & post dissidium Religio-  
nis, qui non recte iudicatum crederent, po-  
stea liquebit. 2. Alia est quæstio de abolitio-  
ne Ordinis, per extinctionem insignium & re-  
dituum & commutationem generis vite; alia de  
abolitione per supplicia & lanienas. Ad prio-  
rem modum forte aliqua via & ratio reperiri  
poterat; non item ad posteriorem. Id enim  
3. impossibile est moraliter, totum aliquem  
ordinem, plurimis inauditis ac indefensis, &  
haud dubie innocentibus, damnare & exi-  
tia adiudicare. Ipsa dubitatio Judicis, contra Ju-  
dicem suspicionem generat; cum præsertim  
ponatur fundamentum ad ferendam sententi-  
am inutile ac inualidum: ref. Limæo ex Al-  
beric l. d. adde Paul. Amyl. in Phil. Palabra  
pag. 421.]

2. Regi Gallie, cuius avaritiæ & vin-  
dictæ

dictæ cupiditati tribuatur Templariorum exitum, iniuriam fieri.

[ Sed avaritiam ipse moriturus Rex Philippus Pulcher faretur ap. *Robert. Gaguin. lib. 7. p. 46. fac. 2.* Adde testimonia *Bodini de Rep. 5, 2, 532.* aliorumque ap. *Nascher. Gen. 44. pag. 244.* & *Albert. Argentoratens. Chron. p. 137.* & *Limna. argum. 9. per Templar. 2.* & bona Templariorum plurima ipsi cessisse, negari nequit. 3. accusatorem ordinis, & suaforem fuisse Regem illius lanienæ, quia Ordo extinctum est, ut & executorem, id quoque non dubitatur. 4. Etiam si opinione justitiæ rex fecisset, nondum conficitur, recte factum esse. ]

3. Templarios crimina sui ordinis falsos esse.

[ Sed i. quorundam crimina, non totius Ordinis fuerunt: pro multorum enim innocentia, res ipsa loquebatur. 2. In omni casu & ordine, aliquos esse posse & solere malos, non dubitatur: quorum impietas ceteris fraudi esse nequit: 3. Confessio illa atrocissimis tormentis extorta; spe mortis etadenda; & sæpe reuocata fuit extra tormenta, usque ad mortem. Exempla vid. ap. *Limnauni ex Villan. p. 37.* Add. *Paul. Amyl. in Philippo Pulchro p. 421.* 4. Multi sine confessione, imò sine cognitione causæ intererant. fatente *Alberto Krantzso in Vandava lib. 7. c. 47. f.* ]

B 2

4. Scri-

4. Scriptores, hanc sententiam & executionem damnantes fuisse vel inimicos Gallici nominis, vel hæreticos.

[ Sed hæc non dici possunt de *Nauclero*, de *Alberto Argent.* de illis, quos sequitur *Drexelius in Tribunali Christi lib. 2. c. 3. §. 2.* de *Auberto Mirao*, cuius iudicium vide *l. d. p. 12.* ]

*Pro Templarijs.*

Pro Templarijs autem exaudiuntur illæ rationes.

1. Processus judicialis (præter ea quæ ad argumentum primum contra Templ. annotata sunt) nunquam ad liquidam notitiam deductus est: cum tamen diuersa sentientes fuissent conuincendi: in primis, quia & in Hispania XI. Episcoporum concilio (vt *Mariana* l. d. habet) & in Germaniâ Moguntiz fuerunt absoluti Templarij; & Moguntiz quidem ex commissione nouâ Pontificis. v. *Serar. rer. Mogunt. lib. 5. in Episcop. Petro pag. 850.* Accusatorum quidam scelerati & infames: Testes nihil probantes: rei, quoad summam inauditi & indefensi. Vnde Processus valde laborat.

2. Crimina vulgo jactata, siue conficta, semet ipsa destruunt: videre licet consignata ap. *Robert. Gaguin. Histor. Franc. l. d. Add. Chron. Belg. Magnum p. 269.* adde *Limn. rar. pro Templar. 11.* [Dicitur quomodo.]

3. Apo-

3. Apologia, & protestationes reorum, in iudicium deductorum non reuictæ. vid. *Paul. Amyl. & al. adde constantiam eor. ap. Limna. rat. pro Templar. 6. debilis est responsio in anteced. l. d.*

4. Diuina Nemesis siue diuinum Tribunal, contra iudices causam dedit. referente *Fulgosio lib. 1. cap. 6. p. 46. & Drexelio l. d. add. Limna. rat. pro Templar. 10. l. d.*

5. Iudicio Multorum pro martyrib. habiti ap. *Naucley. Generat. 44. p. 244.*

*Iudicium de controversiâ :*

*Quale non ferri possit :*

*Quale possit ferri :*

*Non ferri potest*

*Iudicium* per omnia, vt vocant, *scientificum*: non modo propter communem scientiæ talis defectum, qui, vt sunt humana variis tris & impedimentis obnoxia, plerumque in causis maioribus occurrit; sed quod *Acta Iudicialia*, ad eum modum, qui ad videndam causæ iustitiam aut iniustitiam sufficit, non sunt publicata. [ Explicatum, quomodo. ]

Idque intelligi debet inprimis quidem de causa vniuersa; tum etiam de causis singulorum Templatorum.

Regum quoque hac in re consilia, occulta nemo satis assequitur.

*Ferri potest iudicium.*

1. Quatenus moraliter certum est, totum Ordinem non potuisse jactatis criminibus infamari & damnari.

2. Præsertim supplicio capitali de ple-  
risque inauditis & indefensis exacto. Nam  
hæc indubia est iniustitia.

3. Cetera coniecturis debentur : quæ  
in summa controversiæ potius pro Templariis  
videntur occurrere.

## V.

### Ex Historia Caroli IV. Imperatoris

**P**actum reciproca successionis inter Regiam  
Bohemiam, & Archiducalem Austria fami-  
liam mutuis stipulationibus contractum & re-  
newatum anno 1366. 2. post Palmarum.

Exat per excerpta, apud Goldastum in  
Bohemia lib. 6. cap. 18. §. 8. Integrum, in den  
Denlingen pag. 149. & Schickfusij Chron. Si-  
les. b. 1. p. 77.

In controversia hoc sæculo agitata, an  
Regnum Bohemia hereditaria successione, an  
per Electionem deservatur, qui posteriorem  
sententiam tuebantur, contra hoc pactum ista  
afferebant :

#### Contra Pactum.

1. Nullum esse, contendit *Deductio*  
de

de Exclusionē Ferdinandi II. Imp. & electione Friderici-Electoris Palatini anno 1620. edita; defectu potestatis, quot Carolus IV. Imp. non potuerit Bohemos contra jura & privilegia sua, extraneis Principibus perpetuæ successionis pacto subicere.

[ Sed responderi potest 1. Pars aduersa, negat in Juribus & Privilegiis Bohemiarum fuisse hoc, ne successione deferretur regnum. vid. Richarti Strein Informatio de Austriaca successione hereditaria in Regn. Bohem. adiuncta Goldast. Op. Bohemico pag. 75. & seqq. 2. Consensu procerum hoc fecit. ]

2. Non potuisse Carolum plus juris in alias transferre, quam ipse habuit. Jam autem electione eum accepisse regnum non hereditaria successione.

[ Resp. 1. successerat Patri, unde successione ad regnum venit. 2. Consequentia infirma est, & regula juris male applicatur. ]

3. Contra utilitatem publicam Carolum fecisse hoc pacto.

[ Resp. 1. hoc ipsum in questione est: 2. negatiua facilius probatur. quando successio utilior, electione, vel omnibus populis, vel certe Bohemis. 3. Utilitatis Bohemici regni studiosissimum fuisse Carolum Historici vno ore prædicant. ]



4. In præiudicium Juris jam quæsitæ fecisse Carolum.

[ Resp. 1. quod jus quæsitum fuerit, non potest demonstrari. 2. potest Rex cum proceribus jus pristinum mutare. ]

5. Contra statum & priuilegia Regni factum esse.

[ Resp. 1. assumitur semper pro probato, quod probandum est, in Regno Bohemix non fuisse successioni locum. 2. repet. responsi. ad argumentum primum. ]

6. Contra confirmationem priuilegiorum, qua Bohemis sua jura confirmauit, & Capitulationem suam fecisse Carolum.

[ Resp. 1. nondum probatum est, hoc inter jura Bohemica fuisse. 2. consideretur exemplum *Confirmationis 1348. In Deductionis Venlaqen p. 34. in primis 37.* ]

7. Inuitos subditos non potuisse Carolum alienare; aut certè posteris tali alienatione præiudicare.

[ Resp. 1. pacta reciproçæ successiõnis sunt fauorabilia; & non in Germania tantum, sed alibi etiam vsitata. vid. *Gail. Observat. lib. 2. Observ. 127. §. 1. & 2.* 2. Et quia publicæ utilitatis causa fiunt & facta præsumuntur, utique etiam posteros obligant. 3. ne subditi ad peregrinos dominos deueniant, talibus pactis potissimum solet prospici. 4. accessit consensus totius populi. vid. *Verba Diplomaticæ*

ns, ibi; mit rechtem Wissen auch Rath &c.]

8. Carolum contra constitutionem Aurez Bullæ, qua Electoratus Feuda masculina sunt, non potuisse ad sexum muliebrem transferre Bohem. hoc pacto.

[ Resp. 1. Non de Bohemiam tantum agi. 2. Bohemiam qua hæreditaria est, v. obiectio in *Deductione* p. 84. ( quod in *Diplom.* sæpius dicitur ) peculiari jure censerì : & excipi à conditione aliorum. v. *Aur. Bul. cap. 7. §. 3.* 3. *Respons. Goldasti generalior, in Bohem. lib. 6. cap. 5. §. 2.* 4. Accessit consensus Electorum & Principum Imperii : v. *verba Diplom.* ibi : mit Wissen und Rathe/Wißen und Gunst des Heil. Röm. Reichs Churfürsten &c. vid: *Limne. ad A. B. cap. 7. Observ. 12. & seqq.* vbi etiam *Obs. 14.* de novissima Constitut. Imperii. ]

9. Contra Jus publicum factum esse hoc pactum.

[ Resp. possunt eadem. ]

10. Consensum Electorum & Principum non esse collegialem, sed particularem, priuatum, singularem.

[ Resp. 1. omnino Curiam Imperatoriam tum celebratam, ex verb. *Diplom.* 2. non reperitur vlla contradictio absentium : in re publicè nota. 3. non debent Principes eius temporis onerari suspicione, quasi

plus affectassent , quam pro jure sibi concessio. ]

Ad reliquas rationes respondet *Streinius in Informatione suâ p. 91. Et seqq.*

*Judicium de controversia.*

1. In *Deductione* sæpius dictâ , ex generalibus & late parentibus , multas tamen exceptiones habentibus regulis , non fit bona applicatio ad casum , qui in quæstione versatur.

2. Interpellatam esse succedendi ex hoc pacto consuetudinem , negari nequit , sed facti , & temporum , fuit ista interpellatio : per instaurationem è medio sublata.

3. Comparatione institutâ , inter *Scripta Goldasto in causâ Bohemiscâ collecta* ; & partis aduersæ *Deductionem , Catholicorum sive Notorium* , aliaque scripta ; fortasse apparebit , à parte Austriaca rem serio gestam ; ab altera parte effugiâ quæsitâ.

4. Præiudicium insigne generat , Electorum & Principum quorundam consensus , *de jure causa* ; quanquam non vno modo expositus.

5. Diuisio quæstionum hîc concurrentium.

*Annotatio.*

De strategematibus politicis , in controversia de Regno *Electivis , & Successorivis.*

VI.

Diploma Caroli IV. Imp. de  
Ocultis Judiciis, siue Tri-  
bunalib. Liberis.

Exat ap. Freherum, in Libello de Ocultis  
Judicijs & Goldast. Tom. ult. Constitut. pag.  
343. & 344. & Pistor. Tom. 3. pag. 752.  
& seq.

*Annotatio Historica ad hoc  
Diploma.*

I. De varijs nominibus rei con-  
cessæ.

*Generaliter :*

In Diplomate vocantur *Dua Libera  
Sedes*, (Frey-Stuhl,) vulgariter *Vemeding*  
siue *Judicia Venica*. Alias: Frey-Berichte.  
[ ratio appellationis quæ ? ] Westphälische  
Berichte [ à loco primæ originis ] Heimliche  
Berichte, Stül-Bericht, Heimliche  
Achte.

*Specialiter.*

Ein Frey-Stuhl / *Judicium Libera  
Sedis* ab Imperatore dabatur per privilegium  
Principi aut Comiti, ad certum locum re-  
strictum. Is, ergo Dominus erat Liberae Se-  
dis, ein Herr des Frey-Stuls.

Hic

Hic constituebatur *Judicem* i. e. Freygrauum einen Freygraffen.

Cuius Assessores dicebantur Frey-Schöffen / Stul. Genossen / Stul. Verwandren.

II. *De auctore & auctoritate huius Judicij.*

Ipsi quidem Freygrauum in omnibus suis processibus jactant Caroli Magni auctoritatem. Sed negant illud *Gryphiander de Weichbildis Saxonis cap. 57. num. 10. § 11. & Conringius de Judicij Reip. Germ. §. 40.* Interea se ab Imperatore & Imperio constitui non vane jactant, astipulante Diplomate Carolino; & Ludouici IV. & Ruperti Palatini Diplom. ap. *Freher.*

Itaque in titulis : N. ein gewehrter Richter und Freygreff des heiligen Reichs / vnd der Kayserlichen freyen Braveschafft zu &c. It. in einem offenbaren Kayserlichen Gerichte zu richten / nach Gesetze vnd altem Herkommen des grossen vnd heiligen Kayser Karls / als mir dann gebührt. 2c. It. Ich N. ein gewert Briegraue vnde Richter des Allerdurchleuchtigsten Fürsten vnd Herrn Herrn N. Röm. K. It. Wir N. von Königlichem vnd Kayserlichem Gewalt vnd Macht / gewerdiget vnd geordenteter Richter / des Heil. Röm. Reichs / vnd Freygreue 2c. Der Königlichem vnd Kayserlichen Dingstedden

Redden vnd freyen Schul der Stede &c. **Jt.**  
 Ich ein gewerdich Richter des hiligen Röm.  
 Reichs vnd ein gehuldet Frygraue der freyen  
 Greffschapp vnd freyen Schul zu N. ic. **Jt.**  
 Ich ein geordent Richter des H. Röm. Reichs  
 vnd Frygraue der Hochgebornen Yrluchtigen  
 Fürsten vnd Herren N.

*Hæc ex Msc. processibus  
 Jud. Westphal.*

III. De loco. præcipue in den Vn-  
 terlanden / Westphalia, Haffia, Comitatu  
 Waldeck, Episcopatu Mündensi &c. *Di-*  
*ploma nominat Ascaniam & Westphalam.*  
 Molestiâ præcipue ad Rhenanos redun-  
 dante.

IV. De apparatu iudicij. In Denun-  
 tiatione & promulgatione Processus Msc. das  
 ich (Freygrauus loquitur) den freyen Schul  
 in N. mit Breill vnd Recht bekleidet vnd be-  
 sessen hatte / gespanner Banck &c. **Jt.** Das  
 ich op dissen Tage anffte des Vrydes besat  
 Stad / vnde Stol den vorgenanten vryen  
 Stol to N. vnder Koniges Banne gespan-  
 nender Banck / in einem vryen geheg-  
 den Gerichte &c. **Jt.** Das wir vff hute N.  
 de Königliche Dingstat vnd freyen Schul vor  
 N. geleiteter Banck besessen haben.

V. De processu. Si quis litem detulit.  
 set ad sedem liberam, expressio rei nomine &  
 cognomine. ( *Grifflich Nam vnd Zunan.* )  
 citatio-

citationes dimittebantur in loca, vbi Reus age-  
 bat aut in viciniam, quibus inscriptum erat :  
 Diesen Briff soll nieman lesen/ dann ein Fry-  
 Schöffen. It. er seye dann ein Fry-Schöffe  
 der heimlichen syen Gerichte vnd besioffen  
 Achre. Hi monebantur, vt Reum iuberent  
 venire, aut si possent, vi compellerent, siue  
 eo mitterent. aliaz literæ ad ipsum Reum di-  
 rectæ. Si alii legerent, querebantur, & ad  
 causam dicendam euocabant. Partibus præ-  
 sentibus licebat ex Scabinis optare aduoca-  
 tos. Causa cognita, sententiam Frygravius  
 mandabat alicui Scabinorum, qui auditis re-  
 liquorum sententiis, pronuntiabat : Tum  
 Frygravius vltimam sententiam edere rogaba-  
 tur. Quo facto, is omnibus Scabinis præci-  
 piebat, per iusiurandum, quo quisque tene-  
 retur, vt executionem fieri curarent suspen-  
 dio. Promulgatio sententiæ (Bretel-Briff)  
 dimittebatur ad locum vbi Reus erat, & alia  
 loca, ad Scabinos appensis sigillis.

[ Frygraff. Ich stalle das Bretel an  
 den R. Schöffen. ic. der nach anwifunge  
 der Frygraven vnd dinglichtigen wifende  
 der Rechte vnder Königs Banne. It. he-  
 be Jhn dervornet na Geseze vnd Rechte der  
 heimlichen Achre. It. welche ( sc. Scabini )  
 das Recht by Rechte is halten / dar sey dem  
 vorgl. R. syn Recht von vns hangen Jhn  
 an des Königs Wytten / dar is an den ehe-  
 sten

sten Wort den sy antommen vnd dar to be-  
quem ist / vnd en laren des nicht noch vmb  
lyeff noch vmb leyh &c. sub pœna. ]

Atque ita, absentes quoque Scabini ubi-  
que ad executionem obligabantur, vt ipsi qui-  
dem existimabant.

VI. De causis ad hoc Iudicium per-  
tinentibus. Criminalia erant non ciuilia  
quamquam interdum ea quoque atrecta-  
bant.

[ Fortidren ouer lyff vnd &c. ]

VII. De Grauinibus aduersus hoc  
Iudicium:

1. Quod causas sibi non permissas ad  
se trahebant. *Reform. Frid. III. cap. 7.*

2. Quod nondum compellatos ( in ehren  
vnd recht erfordere ) aut qui obtulerant sa-  
factionem, curam iudice arbitrario aut com-  
petente, citare & non comparentes damna-  
re ausi sunt. *Exempla in Processibus pas-  
sim.*

3. Quod Fryganius, Scabinos crearet  
indignos &c. In *Reform. Frid.*

4. Quod Jusiurandam Scabinorum  
passim sub Statibus Imperii haud raro contra-  
rium videretur, juri Statutum.

VIII. Emendatio per Sigismund. Im-  
perator. *Frid. III. &c.* Vt est apud *Fre-  
heram libro 4.* & Protectores Executoresque  
aduersus Jud. Westph. Constituti.

Quo



Quo accessere Fœdera Principum & Ci-  
uitatum, pro Constitutionibus Imperatoris  
aduersus Westph. Jud.

IX. *Secreta huius iudicij*, in quibus  
rebus posita fuerint? Ipsi sæpe faciunt huius  
rei mentionem. 1. Quando nolunt suas li-  
teras aperiri & legi, nisi à consciis, von den  
Wissenden. 2. In illa clausulâ, daß vor uch  
als einem der freyen heimlichen Gerichte vnters-  
sende nit zu vermelden ist.

Sed specificè nemo hactenus explica-  
uit.

Fortasse 1. formulam quandam ex-  
ercendi iudicij habuerunt, vulgo incogni-  
tam; quæque sæpius ad nomina Jmpp. refe-  
rebatur, cum esset potius traditione accepta.  
2. Jurisiurandi, quo alligabantur, omnes  
Freie Schöffen / formulam itidem arcanam:  
3. vel præcipuè opinionem, quasi iudicia illa  
occulta essent vniuersalia, absque respectu  
omnium personarum, i. e. aduersus Status  
Imperii, quos quicuis subditus accusabat apud  
iplos; sine discrimine causarum &c. imò ad-  
uersus ipsum Imperatorem eiusque inhibition-  
es. [Errant enim, NB: literæ quibus Im-  
peratoribus inhibentibus respondent, & non  
opus sibi esse parere, præsumunt.] 4. Jmprimis  
